



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 24. Caput VII. De Præparatione ad Eucharistiam digne recipiendam
necessaria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

„& fracti tabescant, vel pudore affecti, Sæcul. XVI.
 „& confusi aliquando resipiscant. A.C. 1551.

§. XXIII.

CAPUT VI.

*De consuetudine Eucharistiam asser-
 vandi, & ad infirmos deferendi.*

„Consuetudo asservandi in Sacratio *Concil. Later*
 „ Sanctam Eucharistiam adeo anti-*sub Innoc.*
 „ qua est, ut eam sæculum etiam Nicæ-*III. cap. 26.*
 „ ni Concilii agnoverit. Porro defervi
 „ ipsam Sacram Eucharistiam ad infir-
 „ mos, & hunc usum diligenter in Ec-
 „ clesiis conservari, præterquam quod
 „ cum summa æquitate, & ratione con-
 „ junctum est, tum multis in Conciliis
 „ præceptum invenitur, & vetustissimo
 „ Catholicæ Ecclesiæ more est observa-
 „ tum, quare Sancta hæc Synodus re-
 „ tinendum omnino salutarem hunc, &
 „ necessarium morem statuit.

§. XXIV.

CAPUT VII.

*De Præparatione ad Eucharistiam
 digne recipiendam necessaria.*

„Si non decet ad sacras ulla functiones
 „ quempiam accedere, nisi san-
 „ cte; certe quo magis Sanctitas, &
 „ divinitas Cœlestis hujus Sacramenti
 „ viro

Sæcul. XVI. „viro Christiano comperta est, eo dili-
 A C. 1551. „gentius cavere ille debet, ne absque
 I. Cor. c. II. „magna reverentia, & Sanctitate ad id
 v. 28. & 29. „percipiendum accedat, præsertim cum
 „illa plena formidinis verba apud Apo-
 „stolum legamus: qui manducat, &
 „bibit indigne, iudicium sibi mandu-
 „cat, & bibit, non dijudicans Corpus
 „Domini: quare communicare volenti
 „revocandum est in memoriam ejus
 „præceptum: probet se ipsum homo. Ec-
 „clesiastica autem consuetudo declarat,
 „eam probationem necessariam esse, ut
 „nullus sibi conscius peccati mortalis,
 „quantumvis sibi contritus videatur,
 „absque præmissa Sacramentali Confes-
 „sione ad sacram Evcharistiam accede-
 „re debeat, quod a Christianis omni-
 „bus, etiam ab iis Sacerdotibus, qui-
 „bus ex officio incubuerit celebrare,
 „hæc Sancta Synodus perpetuo servan-
 „dum esse decrevit, modo non desit il-
 „lis copia Confessoris; quodsi necessita-
 „te urgente, Sacerdos absque prævia
 „confessione celebraverit, quam pri-
 „mum confiteatur.

§. XXV.

C A P U T VIII.

De modo recipiendi hoc Sacramentum.
 „Quoad usum autem, recte, & sa-
 „pienter Patres nostri tres ratio-
 „nes